



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocausti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Contritio cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)



DIE VENERIS

Ad Christum accedā
vt Saluatorem.

ANTE MISSAM.

Directio Intentionis.

Deus cæli, & terræ. fol. 60.
Ego volo celebrare Missam.
fol. 84.

Contritio cordis.



V O M O D O
nos ama-
sti, Pater
bone, qui
proprio fi-
lio non pepercisti, sed
I s pro

S. Aug.
lib. 10.
Conf. c.
43.

202 *Die Veneris*

pro nobis omnibus tra-
didisti eum? Quomodo
nos amasti, pro quibus
ille, qui non rapinam
arbitratus est esse se
æqualem tibi, factus
est subditus vsque ad
mortem crucis? Vnus
ille in mortuis liber,
potestatem habens po-
nendi animam suam, &
potestatem habēs ite-
rum sumendi eam, pro
nobis tibi victor, & vi-
ctima, & ideò victor,
quia victima: pro no-
bis tibi Sacerdos, & sa-
crificium, faciens tibi
nos de seruis filios de-
te

Contritio cordis. 203

te nascendo, nobis fer-
uendo. Meritò mihi
spes valida in illo est,
quòd sanabis omnes
languores meos per eū,
qui sedet ad dexteram
tuam, & te interpellat
pro nobis, alioquin
desperarē. Multi enim,
& magni sunt iidem
languores mei; multi
sunt, & magni: sed ma-
ior, & amplior est me-
dicina tua. Potuimus
putare Verbum tuum
remotum esse à coniū-
ctione hominis, & de-
sperare de nobis nisi
caro fieret, & habita-

204 *Die Veneris*

ret in nobis. Conterri-
tus peccatis meis, &
mole peccatorum, &
miseriæ meæ agitaue-
ram in corde, medita-
tusque fueram fugam
in solitudinem, sed pro-
hibuisti me, & confir-
masti me dicens: Ideò
pro omnibus Christus
mortuus est, vt qui vi-
uunt iam non sibi vi-
uant, sed ei, qui pro
ipsis mortuus est. Ecce
Domine, iacto in te
curã meam, vt viuam,
& considerabo mirabi-
lia de lege tua. Tu scis
imperitiam meam, &
infirm

Contritio cordis. 205
infirmi-
& tatem meam;
& doce, & sana me. Ille
e- tuus vnicus, in quo
a- sunt omnes thesauri
m- sapientiae, & scientiae
o- absconditi, redemit me
r- sanguine suo. Non ca-
e- lumnientur mihi su-
us perbi, quoniam cogi-
vi- to pretium meum, &
vi- manduco, & bibo, &
ro- erogo, & pauper cupio
ce- saturari ex eo, inter il-
e- los, qui edunt, & satu-
r- rantur, & laudabunt
1, Dominum, qui requi-
vi- runt eum. Si ergo me
is pro mea, vt dignum
& est, despicias iniquita-
te,

*S. Aug.
Medit.
cap. 8.*

206 *Die Veneris*

te, respice me faltem
misericors pro dilectæ
sobolis caritate. At-
tende in filio, quo pro-
pitieris seruo. Multum
namque est quod mea
meretur impietas, lon-
gè autem maius quod
mei Redemptoris re-
poscit iure pietas. Ma-
gna enim est mea in-
iustitia, satis verò ma-
ior Redemptoris iusti-
tia. Quanto namque
est superior Deus ho-
mine, tantò mea mali-
tia est inferior eius bo-
nitate in qualitate, &
quantitate. Quid enim
deli-

Contritio cordis. 207

deliquit homo, quod
non redemerit filius Dei
factus homo? Quæ
tanta superbia tumeret,
quam non tanta humi-
litas sterneret? Quod-
nam tantum mortis im-
perium, quod Nati Dei
non destrueret crucis
supplicium? Nimirum,
Deus meus, si æqua-
lance delicta peccantis
hominis, & redimen-
tis gratia librentur au-
toris, non tantum O-
riens ab Occidente,
seu inferior separatur
infernus à summo cœ-
li cardine. Iam lucis
opti-

opti-

208. *Die Veneris*
optime creator, iam
culpīs ignosce meis
pro dilecti Filij tui la-
boribus immensis. Iam
eius quæso pietati mea
impietas, eius mode-
stia mea peruersitas, &
eius mansuetudini mea
condonetur ferocitas.
Iam eius humilitas meā
superbiam, patientia
impatientiam, benigni-
tas duritiam, obedi-
tia inobedientiam, trā-
quillitas inquietudinē,
dulcedo amaritudinē;
suauitas irā, caritas lu-
crifaciat crudelitatem.

Desi-